



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Forma scribendi dicta testium per modum Memorialis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

*De modo recipiendi denuntiationes.*

**Q**UOD si infra terminum ad reuelandū hereticos, credentes, fautores, &c. omnibus generaliter assignatum, aliqui paruerint & cōparuerint, volentes contra aliquos aliqua ad fidem pertinentia Inquisitori intimare, recipiat Inquisitor denuntiationes huiusmodi iudicialiter. Et si forsitan tam multi denuntiatores, vel reuelatos aduenerint infra terminum assignatū, vt nō possent omnium denuntiationes iudicialiter recipi, ne vnus alium impediatur, habeat Inquisitor semper vnū librum paruum, per dioceses distinctū, in quo scribat omnes, quæ sunt sibi denuntiationes, & nomina denuntiantium, & nomina testium productorum, & vicum & locū vbi moratur: quem librum teneat secrete, ne ab alijs videatur, & nomina denuntiantium reuelentur, & periculum illis imminet. Et in isto libro scribat etiam de manu sua ipse Inquisitor, per modum memorialis, omnes denuntiationes, & omnia nomina denuntiantium & denuntiatorum, ac etiam testium interrogandorum, quæ fiant sibi infra dictum terminum generalem ad denuntiandum omnibus assignatum per modum, qui sequitur.

*Forma scribendi dicta testium per modum memorialis.*

De tali diocesi. Talis de tali loco, qui moratur in tali vico, & vitur tali arte, vel est mercator, vel huiusmodi, deponit contra talem, qui moratur in tali loco, & in tali vico, & vitur tali arte, quod dixit ac asseruit, quod in sacramento altaris non est veraciter Corpus Christi, vel simile. Interrogetur talis, qui moratur in tali loco, & tali vico, & habet tale officium: & etiā interrogetur talis, qui moratur in tali loco & tali vico, & habet talem artem, & sic de alijs. Ex alia diocesi. Talis de tali loco, qui moratur in tali loco, & tali vico, & vitur tali arte, deponit quod talis de tali loco, qui moratur in tali vico, & vitur tali arte, dixit vel fecit talia contra fidem. Interrogetur tales, qui morantur in talibus locis, & talibus vicis, & vituntur talibus artibus.

*Tempore gratie claspō quid agendum.*

**Q**UO assignato generali termino iam elapso, & delationibus scriptis in dicto libro per modum memorialis, Inquisitor diligenter delationes discurrat, ac prudenter aduertat, quæ delationes habent maiorem apparentiam veritatis, & quæ crimina sunt grauiora, & fidei magis periculosa, & vbi maius periculum fidei viderit imminere, ibi incipiat inquirere, citando illum, qui delulit, seu reuelauit, & medio iuramento informet se de facto, vt diligentius poterit, si habet apparentiam veritatis: Quod si inuenit veritatis apparentiam non habere, persuadeat; non tamen a libro suo delationem amoueat: nā quod vno die

A seu tēpore nō inuenitur, alio tēpore reperietur. 66

Si autē apparuerit vel repererit habere apparentiam veritatis: tunc a cum sint tres modi procedendi ac processus incipiendi, vt habetur extra, de accus. denu. & inquisit. c. Qualiter, & quādo. Primus, per accusationem, quam precedere debet charitatiua monitio: Tertius, per inquisitionem, quam precedere debet clamosa insinuatō: in former se Inquisitor cū ipso deferente, an velit accusare, & procedere per modum accusationis in negotio vel non: si dicat quod accusat, & vult esse accusator, & procedere per modum accusationis, informetur per Inquisitorē, quod oportet eum se inscribere ad talionis pœnam, declarando periculum, quod potest sibi imminere de accusatione, & inscriptione. Qui sic informatus, si dicat se velle accusare, & requirat procedi per modum accusationis, & instet: fiet prout petit, & formabitur processus per modum infrascriptum. Si autem dicat se nolle accusare (vt communiter fit) sed denūtiare, & hoc metu incurtionis pœnæ excommunicationis latæ per eundem Inquisitorem de reuelando talia ad fidem pertinentia infra terminum assignatum: & quod alias non vult facere partem (vt est cōmunis cursus) tunc formabitur processus per modum infrascriptum. Si autem non vult accusare, nec denuntiare proprie, sed dicit infamā esse talem, & sic Inquisitor informet se de fama, & si vult inquirat, tunc formabitur processus per modum alium infrascriptū, de quibus tribus modis processum incipiendi in causā fidei agitur, vt sequitur.

Que eodum a delatore quo pacto procedete ve lit.

COMMENT. XIII.

**T**unc cum sint tres modi procedendi ac processus incipiendi, &c. De his etiam *Campegius ad Zacharia c. 9. in principio. c. & Tabienus in sum. verbo, inquisitor. §. 11. nu. 12. Syluester verbo, heresis. 2. §. 8. Carrerius tract. de heretic. num. 105. Gondissalvus de here. q. 10. num. 1. & alij. addunt multi quatuor modum procedendi in delictis per viam exceptionis, vt indicat gloss. in fidei fauorem. verbo, inquisitionis, de here. lib. 6. & Carrerius, de here. nu. 104. item addunt quintum, per viā notorii, de quo Gondissalvus & Campegius precipitatis locis. addunt tandem sextū per viā actionis, de plene Aegidius Bossius tit. de modo procedēdi in delictis per viā actionis. In hoc sacro tribunali duo modi per viam denuntiationis, & inquisitionis sunt frequentissimi, ceteri satis inusitati, nō tamē cōtēnēdi, cū quādoq; alijs locis eis esse possit. cetera huc spectantia in sequētib. explicabuntur copiose.*

Quot modis procedatur in crimina hæresis.

*De primo modo procedendi in causā fidei per Accusationem.*

**PRIMVS** modus procedendi & processum incipiendi in causā fidei est per modum accusationis, & est quando aliquis accusat aliquem de crimine heresis vel fautoria, & hoc corā Inquisitore offerendo illud se probaturum, & interbit.